



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

11. Junii. Quos naturæ bonitas ad amplam fortunam in sæculo erat
provectura, hi quoq[ue] in Dei gloriæ strenuè proferenda successus
habent uberiores. S. Ignat. apud Bart. l. c. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Si mille illi sint nocendi artes, totidem nobis resistendi nova sunt præsidia, nihil est, quod metuamus, iis ipsis, quæ contra nos acuit, telis vinci potest, modò iis sciamus.

Inclinationes nostras habet ille in se confilia, & nostra damna fœderatas, hæc agit adjutricibus, quidquid in nos proficit. Si verò eas nos sub jugum rationis mille virtuti servire cogamus, heu ! quantum ingemit dæmon, & exarmatur.

Adeò nempe imbellis est dæmon, nisi nos arma illi ministremus, nihil adversum nos moliri possit. Vitia nostra venient nobis ad triumphos, si ea victoria nostræ materiam statuamus.

II. Junii.

Quos natura bonitas ad amplam fortunam in saeculo erat provectura, hi quoque in Deo gloria strenuè proferenda successus habuerunt uberiores. S. Ignat. apud Bart. l. I. c. I.

Detestanda parentum avaritia, qui filios Religioni, divinòque cultui destituant, quos vel deformes, vel stupidos filios natura donis destituit. Hoc nempe est cum Caino deteriora Deo offerre in holocaustum.

Optima debentur Optimo. Non gratiam, sed indignationem relaturus, quisquis mancum, aut cæcum immolaverit holocaustum. Maximus divinæ Majestatis contemptus est, vilibus coli.

Liberalis Deus est, sed in liberales. Nihil familiæ splendori recedet, licet natorum optimus Numini consecretur. Sic perdere lucrum est, nec enim deerunt Deo media, nec bonitas, ut acceptum cum fænore reddat.

Sacrilegi proventuum Ecclesiasticorum depeculatores sunt, qui ministrari, non ministrare, saginari de altari optant, non sanctificari; lanam, non oves, se, non Deum querunt. Et quod his præmium? imò quæ tales pœna excipiet?

12. Junii.

Tempestas absque nostra culpa in nos sæviens est quedam futuri, & secuturi brevi proventus significatio. S. Ignat. in Hist. Soc. p. I. l. II. n. 60.

DUm gravissima sævit tempestas, ibi proxima imminet serenitas, ubi supremas in nos vires exeruerit invidia, ibi fessa conquiescet. In spe sit fortitudo tua.

Omne